

CAPUT XI.

VIRES JUNIPERI IN ORIS,
LINGVÆ ET DENTIUM
MORBIS DEPRÆ-
DICAT.

I. ORIS TORTURA ET
FOETOR.

DE Herbâ Sardoâ Ranunculi specie
referunt Botanici, illam hâc vehen-
tâ qualitate, præsertim ea quæ Insulâ
Sardinâ nascitur, esse præditam, ut ve-
scentium ora ejusmodi rictu didicat, ut
ridentibus similes appareant & sic inte-
rimantur, unde proverbium natum de
Risu Sardonio, quô risus involuntarius
seu incongruus denotatur.

*Risus Sar-
donius
unde di-
ctus.*

*Spasmus
Cynicus
unde sit
dictus.*

Sic & oris tortura, alio nomine
oris distorsio dicta Risus Sardonius no-
minatur, quoniam hâc affectorum oris
figura ridentium figuræ similis apparere
solet. Appellatur quoque Spasmus Cyn-
icus, ob figuram distortionis, quæ ri-
ctum canum iratorum repræsentat.

Et in hoc affectu operâ suâ præstò
est Juniperus.

Sequentem Tincturam in oris tor-
turâ maximè extollit Timæus à Gildentlee
lib. I. Cal. Med. pag. 72.

Ex Spir. bacc. Junip. 3ij. Aja dulc. parijs. 3j.
Solve

Solve lento igne carbonū, Colaturæ adde
Aqua. Apoplekt. Herba 3j Misce.

Externè talem lotionem idem præ-
scripsit Autor loc. cit.

R Fler. stæch. Ar. salv. lavend. àā Mj.
Fol. laur. rut. beton. rosmar. major. àā Miß.

Coqu. ex lixivio è cineribus Juniperi pa-
rato, & inter lavandum caput fricitur
Agarico crudo.

In oris tortura efficax experti su-
mus Oleum sequens :

R 80 umbelic. terrestr. 38.
philosophor. juniper. àā 38.
rut. lavend. succin. àā 3j. C. C. 38.

Misc. D. S. Euserlich Oct.

Hoc inungantur juncturæ maxil-
larum & nucha ter in die :

Oris fætor malum est turpe & into-
lerabile, emititur verò ex ore notaante
Sennertol. b. 2. Inst. Med. part. 3. lect. 2.
cap. 7. fætor pluribus de causis, vel enim
in ventriculo cruditates multæ coacer-
vantur, quæ corrumpuntur & putridas
ac fætentes exhalationes per palatum e-
mittunt, vel ex putredine in pulmo-
nibus vapores fætidi exhalant, vel in
dentibus, gingivis aut palato talis hæret
materia, aëremq;, qui exspiratur, fætore
suo inficit.

Oris fætor.

In quocunque oris fætore aquam
sequentem describit Bartitschin part. 14.
οφθαλμοδελσιας c. 3.

R Herb.

EZ *Herb. majoran. basilic. àā ʒib. ʒij.
rosmarin. origan. calamintb.
agrimon. àā ʒib.*

*Rad. Ireos, fl. cyper. àā ʒib. & ʒij.
acori ʒib.*

Bacc. Juniper ʒib. ʒij.

Pulveri satis omnibus affund. Vin. Rhenan. qf. destill. per Vesicam pro oris matutinâ & vespertinâ collutione.

*Oris fœtor
ex Ventri-
culo.*

Si oris fœtor ex ventriculi vitio oriatur Sivanoro'a Tractat. VI. præct. major. cap. 6. usum passularum cum granis juniperinis commendat, & passulas enucleatas, *grana juniperi* & pineas conficit in modum nucis, sicque manè & serò ad comedendum præbet.

*Oris fœtor
à dentibus.* Cum etiam dentium sordities fœtorem ori conciliare soleat, ideo Pulverem dentifricium D. M. Kosky commenda-mus, quem describit Grylingius lib. 1. med. Pract. part. 4. cap. XI.

EZ *Lapid. pumic. subtil. pulveris. ʒj.
Pulv. Ireos ʒij.*

Gal. mosch. ver. ʒi.

*ꝝ rosar. rosmarin. salv. cinamom.
àā gtt. vi.*

Silic. fluviat. alb. calcinat. & pulv. ʒiv.

*Panis filigin. furfur. tost. pulveris. &
cribrat. ʒij.*

*Ciner. rosmarin. salv. Juniper. tabac.
àā ʒib.*

Mastic.

Masticb. oliban. sang. drac. àā 3j.

Myrrb. alum. rosch. àā 3ß.

Misc. D.S. Zahn. Pulver.

Sennertus lib. 3. med. Pratt. part. V. Oris fœtore
fœt. 2. cap. 7. ad oris fœtorem scorbuti- Scorbuti-
cum commendat putredinem sistentia & cns.

halitus putridos corrigentia, ad quæ bac-
cas juniperi tām intra corp9 sumtas quam
ore masticatas solenniter refert. Seb:zins
part. 2. Spec. med. Pratt. fœt. 4. cap. 25.
Spiritum Juniperi in oris fœtore maximo-
perè extollit. Efficacior erit sequens
compositus :

Herb. rosmar. basil. geran. mosch. àā Mj.

Flor. lavend. prim. ver. àā Mß.

Rad. Ir. Flor. acor. caryophillat. àā 3ß.

Cort. citr. aurant. àā 3ij. bacc. ju-
niper. 3j.

Cinamom. caryopbyll. cubeb. cardam.
àā 3ij.

Concis. contus. infund. in f. q. *Spiritus Ju-*
niperi, digerantur calore leni per aliquot
dies, postea destillentur per Vesicam,
vel sine destillatione servetur ad usum.
Dof. cochl. i. manè & vesperi. Potest
etiam pro ditioribus ambræ aut moschi
addi pro lubitu q. v.

II. LINGVÆ PARALYSIS ET OB- MUTESCENTIA.

Quamvis sub titulo de Paralyſi & A- Obmuten-
plexia recensita medicamenta & ſcentia.
huc

huc facere notum sit, lubet tamen quædam addere specifica, *juniperinis medicamentis nobilitata.*

Præter illud quod ex *Philip. Mülleri Miraculis Chimicis* sub tit. *Apoplexiæ allegavimus commendamus Pulverem sequentem*, quo solo non vice simplici loquela ægris restituimus felicissimo cum applausu :

Ez *Gran. pæon. 3j. Cubeb. nuc. mosch. àā 3ij.*

Sacchar. 3j. 3o anis. juniper. àā 3l. succin. caryophill. àā 3v.

Misc. F. Pulvis. Dos. cultelli cuspidi exhibetur cum Spir. Cerasor. nigr. aliquamdiu in ore detineatur, & postea deglutiatur :

Sermo, præter lingvæ Paralyfin alio etiam nonnunquam læditur modo, quando videlicet vitium in nervis latet recurrentibus, quibus læsis, notante *Bartholino libell. 3. de nerv. Anatom. Reformat. annexo cap. 2.* læditur animalis vox, ita ut altero præfecto vel alio modo læso semi-vocale reddatur animal, utroq; mutum.

Observavit hunc affectum in puerâ quâdam *Fabritius Hildanus*, quam sequentibus restitutum refert *Observat. 14. Cent. 6.*

Ez *Flor. beton. salv. anthous prim. ver. hyper. cent. min. rosar. rubr.*

Sum.

Summit. majoran. iv. arthet. āā Mj.

Bacc. juniper. ȝij.

Concis. contus. D. ad sacculum, quō in
aqua coctō collum fomentetur. Postea

℞ ∇. beton. prim. ver. salv. lavend. āā ȝȝ.

Spir. Juniper. sine vino fact. ȝj.

Theriac. opt. ȝij. Misce.

Quibus collum s̄epius inungatur.

III. DENTIUM DOLOR.

LEVIDENSIA quidem sunt ossicula den-
tes, hoc tamen præ reliquis ossibus
singulare habent, ut illis sensus attribua-
tur, testante Bartolin. lib. 4. Anat. reform. Dentium
cap. 1. quoniam illorum cavitas tenuissi-
mâ succingitur membranulâ, exquisitè
sentiente, quæ si humorem à cerebro de-
fluentem imbibat dolor maximus fit
dentium. In hâc incipiunt erosiones,
putredines cariesque dolorificæ, & ali-
quando in hâc vermiculi generantur ad-
modùm hominem excruciantes, notan-
te eodem Bartolin. cap. 12. lib. 2. cit.

Certè dolorem dentium maximis
annumerari posse tormentis non impe-
ritè scripsit Cornelius Celsus, cum & Galenus
lib. 2. de compos. med. secund. loc. cap. 1. referat
quosdam in ὀδονταλγίᾳ præ doloris a-
trocitate ex impatientia manus sibi vio-
lentas intulisse.

Ad dolorem hunc profigandum à
Sebizio part. 2. Spec. Med. Pract. sect. 4. c. 15-
& Ma-

Es Macasio lib. 2. promptuar. mater. med cap. 30. de Junipero commendantur varia, ut Decoctum ligni Juniperini, baccarum Juniperi, gummi Juniperinum ejusque oleum, ut & oleum ex baccis Juniperinis, ex quibus Sandaracum Arab. seu gummi Juniperinum præ aliis omnibus valere testatur Savanarola tract. VI. Pract. maj. cap. 7. ubi & sequens deprædicat:

Rad. Sandarac. Ar. 3ij. camphor. 3ß. Bulliant in aceto & Fitoris Collutio.

Sedat enim, inquit Autor citatus, dolorem vehementer, constringit gingivas & rheumatizationem prohibet.

Benedictus Victorius Faentinus cap. 7. Empiric. idem gummi cum aceto fortissimo coctum maximè ad dentium dolorem deprædicat, cum quo consentit Schönbörnius, quippe qui pag. 50. Manual. Med. Pract. itidem gummatis bujus 3ß. cum Vini Rhenati 3vij. coctum commendat ad dentium dolorem à causâ frigida, sicuti & oleum ligni juniperi maximè ibidem conducere asserit.

Decoctum sequens in dolore dentium exhibet Sennertus lib. 2. med. Pract. cap. XI.

Rad. pyrethr. 3ij. sarsaparill. 3ij.

Rasur. lign. quarac. 3ß. pini. 3ij.

Flor. ros. rubr. Herb. serpill. orig. 3ā pi.

Gran. Juniper 3ß. sem. carv. 3ij.

Incis.

Incis. & contus. Coqu. in ∇ & Vin. Rhe-
man. $\text{z}xii.$ ad tertias, Coletur, in Colatu-
ræ $\text{z}vi.$ dissolv. camphor. \tilde{g} v. Misce.

Platerus lib. 2. Observat. pag. 399. hanc
oris collusionem parat:

BZ Rad. *bistort.* pyrethr. $\tilde{a}\tilde{a}$ zj. h. eos $\text{z}\mathfrak{l}.$
Herb. hyssop. agrimon. salv. beton.
majoran. $\tilde{a}\tilde{a}$ Mj.

Flor. anthou pj. *Sandar.* Ar pulv. $\text{z}vi.$
Piper. long. \mathcal{Z}^{m} $\mathcal{Z}^{\text{b.}}$ $\tilde{a}\tilde{a}$ zij.

Bulliant in aquâ addito aceto donec a-
qua acescat.

Gargarismum quoque ibidem ad-
dit ex $\text{z}\mathfrak{l}.$ ligni quajac. & *Sandarac.* Ar.
 $\text{z}ii.$ cum vino acidulo confectum & de-
coctum, malæque affectæ cataplasma
insuper imponit, *u. baccæ jun. perina* quo-
que admiscentur.

Liquoris odontalgici talem tradit
descriptionem *Gruelingius lib. 1. mea. Pract.*
part. 4. cap. 7.

BZ Lign. *sanct. sassafras* $\tilde{a}\tilde{a}$ zj. Rhod. *Ju-*
niper. $\tilde{a}\tilde{a}$ zijj.

Rad. *sarsaparill.* $\text{z}vi.$ pyrethr. $\text{z}\mathfrak{l}.$

Herb. salv. rosmarin. $\tilde{a}\tilde{a}$ Mj. nico-
tian. M $\mathfrak{s}.$

Sem. staphidis agr. hyoscidam. $\tilde{a}\tilde{a}$ zijj.

Elett. requies Nic. Philon. Rom. $\tilde{a}\tilde{a}$ zijj.

θ. Σι. C.C. ust. $\tilde{a}\tilde{a}$ zijj. opus Theb. Θiv.
Croc. Θij. *camph.* zj.

Incis. & contusa omnia grosso modo in-
fundan-

fundantur in Spir. Vin. (melius Spir. Juniper.) rectificat. s.q. per horas 24. bene exprimantur, & usui reserventur.

Si Pulverem contra dentium dolorem quis expetat

Ex Sandarac. Ar. mastich. sarcocoll. byz. poe:st.

Bol. Armen. acac. thur. ää 3j.

Tut. prep. 3iB. Oli alb. 3ijB.

Cinamom. spec. di ambr. ää 3j. ambr. gij.

Misc. F. Puly. subtilissimus. Uffenbach. lib. 3. Antidotar. sect. 1. cap. XV.

Multiplici usu & experientiâ comprobata hanc Misturam odontalgicam nostram addimus:

Ex Vementh. lavend. c. vino in B. M. destill. Spir. Juniper. ää 3B.

Essent. benzoin. Junip. ää 3j. anodyn. 3iB

Elix. camphor. Harimann. 3IV.

Tinctur. rosar. viol. papav. errat. ää 3ij.

Misc. S. Mistur wieder das Zahntweh.

Diu in ore detineatur supra dentem dolentem, sic dolores brevi lenit, & ingentem humorum peccantium quantitatem maximo cum levamine educit.

IV. DENTIUM SORDITIES.

Dentium
Sordities.

In dentium nitore totius ferè oris venustatem consistere in propatulo est, & contra dentium sorditiem hominem, cum

cum loquitur, ridet, cavit, clamat aut oscitat maximè deformata non est quòd probemus, cum sexus fœminus illam cane pejus & angve fugere soleat. Sed variis ex accidentibus dentes reauduntur sordidi.

I. CARIE quandoque absununtur & corroduntur, ad quam tollendam Dennum. & ne latius serpat prohibendam tale proponit Linimentum Sennertus lib. 2.

Med. Pract. part. 1. cap. X.

℞ Pulv. myrrh. 3ij. gumm. Juniper. 3j. alumin. 3B.

Mellis q. s. F. Linimentum

Quò dentes putres & erosi quotidiè fricentur.

II. SORDITIE quoque dentes Dentes afficiuntur, si male colorati sint & nigre- male colo- dine vel aliò fœdò colore inquinen- rati, tur.

Citatus Sennertus cap. 14. lib. cit. duos Pulveres proponit dentifricios contra dentium nigredinem, uterque gumm. juniperino est insignitus.

℞ C. C. ust. pumicie. corall. alb. rubr. tut. prep.

Mastich. Sandarac. Ar. cinam. àa 3j.

Rad. ires. 3B.

Mosch. 3ij. Misc. F. Pulvis.

Mucosos dentes à sordibus purgat, de- albat & mundificat, gingivas constringit

L

git

git & dentium r̄tices obfirmat. *Gryling.*
lib. 1. *Med. Prost. par. 4. cap. XI.*

*Dentium
Sangvino-
lenzia.*

III. Singularem quoque dentibus coriliat forditiem eorundem **SANGVILENTIA**, quæ plerumque ab erosu, putridis aut exulceratis gingivis ortum dicit. Ad hanc tollendam

EZ *Origani, fruct. Juniper. balaustior.
Sumach. alumin. utriusque gallar.
Cort. granat. serpentaria. mirabol. citr.
Ciner. vitis. spuma maris. Θois Indi,
Piperis longi. baurach. costi. chelidoniae.
Liquiritiae. gumm. Arab. tragacant.
Spodii āā aureum unum, i. e. 3j.*

Misce, tere, confice & unge gingivas ac dentes. *Savanorola tract. VI. Pract. Major.
cap. 8. Uffenbachius lib. 3. Antidotar. sect. 1.
cap. XV. pag. 473.* hunc describit Pulverem *Pistorii* ad gingivas:

EZ *Nucifl. 3j. Sand. Ar. hypocyst. mastich.
Acacia āā 3j. rut. præp. 3j. Φ i alb. 3IV.
Misc. F. Pulvis subtilissimus.*

V. DENTIUM MOBILITAS.

*Dentium
Mobilitas.* **N**I Dentes firmi in loculamentis suis hæreant & Marpesiæ cautis instar immoti in statione maneant, tam masticationi quam locutioni sunt impedimento. Vacillant verò dentes & mobiles redduntur tam à causis externis, ut iectu, casu vel aliâ causâ violentâ, quam inter-

internis, ut defectu alimenti in senibus,
à nimiâ humiditate radices eorum la-
xante, vel ab acribus in primis scorbuti-
cis humoribus radices eorum, vel gin-
givas erodentibus. Et hic vires suas
ostendit *Juniperus*.

Commendatur à *Savanorolâ Tract.*

VI. *Pract. Maj. cap. 6.* Pulvis sequens:

R Spod. 3i. margarit. non perforat.

Sang. Dracon. bol. Armen. āā 3j.

C. C. ust. jantal. rub. bac. juniper.

Chelidon. āā 3i. camphor. 3j. Misc.

F. Pulvis.

Sennertus. lib. 2. Med. Pract. part. 1.

cap. X. ad dentes confirmandos hoc ex-
hibet Linimentum:

R Pulv. gumm. Junip. 3i. alum. crud. 3j.

Origan. 3i. Mell. 3vi.

Cum aceto squillit. Misc. & F. Linimen-
tum.

CAPUT. XII.

JUNIPERUM PECTORIS MORBIS OPPONIT.

I. ASTHMA ET PERI- PNEVMONIA.

PRæclarè Galenus lib. d. uss. respiirat. Respiratio-
monet, minimè vulgarem usum re- nis usus &
spirationis esse, cum eâ privati, ne mo- necessitas.
mentum quidem possimus vivere, cum
quo & Sennertus lib. 2. Inst. Med. part. 3.